

Aduertencias para

catione verbi Dei instruere ac consolari, & quorumcunq; Christi fidelium pr̄sertim egrotorum & eorum qui in vinculis detinuntur confessiones audire, eisq; pro cōmissis sanguinibus penitentias iniungere: dummodo id non faciant in ipsis oppidis, aut locis, in quibus Ordinarij existunt, nisi eorum licentia desuper obtenta, libere, & licite valeant, eadē auctoritate etiam perpetuo de speciali gratia concessit. Circa quam concessionem aduertit noster Emanuel, Tom. I. qq. q. 59. art. 5. in fine hoc priuilegium communicari omnibus Prædicatoribus & confessariis Ordinum Mendicantium, qui etiam fruuntur & gaudent facultatibus, & indultis Societatis Iesu concessis. ¶ Et Eugenius. 4. concessit omnibus cōfessoribus Ordinis Minorum, q̄ quando non possunt commode se præsentare Episcopis, quia sunt in itinere, vel alibi; & non possunt petere casus Episcopales, eo casu possint plenarie vti auctoritate Episcopali. Ex Compendio, Absolutio quo ad seculares primo. §. 3. Pater Magister à Veracruce in suo Compendio, verbo Confessor. 2, conclusione, notandam esse dicit hanc cōcessiōnem pro Fratribus qui in Nono Orbe Indiā